

tis et aggravatis emendo vendendo molando
piscando loquendo conversando stando sedendo
manducando vel bibendo sal aquam aut ignem
ministrando Aut alio communionis genere verbo
vel facto publice vel occulte directe vel indi-
recte quovis quesito colore vel ingenio temere
participare presumat Contrafacentem immemo-
rialis excommunicationis Sentencias post cano-
nicam monitionem trium dierum incurrisse
publice nuntietis Et si extunc prefati rei ex-
communicati et aggravati hujusmodi Sentencias
per alios decem dies predictos jam decem dies
immediate sequentes animis quod absit incuratis
ad modum aspidis surde aures suas obturantis
ne audiat vocem incantantis sustinuerint Extunc
hujusmodi sentencias et aggravationem striccius
onerare volentes vobis omnibus et singulis su-
pradicis sub penis et censuris predictis Man-
damus Quatenus omnes et singulos proconsules
consules scultetos provisores altermannos suo
et totius universitatis hominum nomine et pre-
sertim in volgmersen Munden diligenter et pe-
remptorie moneatis et requiratis Quos et nos
presentium tenore sic requirimus et monemus
ut infra dies Novem vestras moniciones imme-
diatae sequentes dictos Rauen von Cansteyn
Martinum Runst et dictum wyntersteyn ex-
communicatos aggravatos et reaggravatos quan-
tum in eis sit instruant et inducant ut mandatis
nostris ymmo verius apostolicis pareant et per